Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31706
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



ut temporis symbat. Vngula autem extrema pars pedis est. vel extima pars corporis. Quia quemadmodum antichristus extrema mundi tempora capere quaerit. idcirco ungulas equi mordere dicitur. Ascensor autem huius equi. est omnis qui indignantibus et poenitentiam sectantur. Ceraste quoque id est antichristus equi ungulas mordet. ut ascensor retro cadat. quia ad hoc extrema mundi tempora occupat. ut reprobos secum ad aeternam damnationem trahat. Retro enim cadere reproborum est. deteriorem malis erubescere quia qui in faciem cadit. ibi cadit in nudae. quia vero retro. ibi cadit in non nudae. et ideo retro cadere est. in aeterne damnationis foveam dum ignorat ruere. Quidam hunc locum subtilissima dan de samson fortissimo ad literam accipiunt. qui fuit de eadem tribu. et iudicavit israel multis annis. Hunc quoque comparat colubro vel ceraste. Sicut enim serpentes transeuntibus insidiantur. sic samson nemini hostium sinebat pacem transire possessionem. vel malum aliquid ibi facere. Sed et siquis fortius agitare vel fortitudine. mordebat eum ungulas. hoc est magna iniuria eum supabat. et retro illum fugere compellebat. quasi equum retro faciens cadere de equo. Quod autem dicit. salutare tuum expectabo domine sensus talis est. Cum inquit videret samson fortissimum tam magna facere. et phylistheos qui tunc perant israelitis deuinere. in mandibula asini mille viros occidere. portas gale ciuitatis humeris impositas in montem deferre. leonem uelut edum occidere. cum hec et talia faciebat uidere. putauit eum esse christum. Sed rursum eum uidere eum amoribus meretricis decipi. vel eum uidere eum occisum non resurgere. intellexit non eum esse nobis repromissum christum. ergo tuum salutare expectabo. i. christum qui salutaris vel salus interpretatur. Zabulon in litore maris habitabit. Iuxta literam predicit patriarcha possessionem quam tribus zabulon tenuit. Possedit enim litus maris magni. pertingens usque ad sydonem. maritimam ciuitatem. Allegorice zabulon ecclesiam significat. que erepta de fluctibus seculi firmitatem soliditate litoris. et est instacione nauium. quia omnis uocat ad portum eterne salutis. Pertingit quoque usque ad sydonem. quia sancta ecclesia dilatatur per populos gentilium. quos sidon que uenatio interpretatur designat. Issachar inquit asinus fortis. asinum fortem uocat. iuxta literam. quia laborabat inuehendis mercibus ad mare. accubat inter muros. id est iuxta possessionem neptalim. Hebrei dicunt quod assiduae homines illi tribus operabantur in diuine legis meditatione. et idcirco asinus fortis uocatur. propter assiduum studium inquirende sapientie. Issachar asinus fortis. quia duxerat possessionem zabulon in maritimis locis. fertilem. redit ad mediterranea. et predicit possessionem ysachar. quod fertilissima fertilitas esset. et negotiationibus habundare. Allyslice ysachar populum gentilem significat. qui quando stultis et ignobilis per gravabatur. oneribus peccatorum. postquam vero. christum cognouerit. cepit accubare inter murus. hoc est requiescere in spe pmissae felicitatis. quam expectat in futuro. hoc est in fine seculi. Vidit enim requiem. quod esset bona. illam uidelicet. que in alia uita omnibus